Viro

maxime reverendo, Amplissimo Doctissimoque J. C. Harenberg, SS. Theologiæ Doctori dignissimo, Scholarum per ducatum Guelphicum Inspectori generali gravissimo et a multis jam annis Fautori suo et amico honoratissimo S. D. M. F. L. Jackius.

Plagulas Tibi mitto, Fautor æstimatissime, a rerum in iis pertractatarum dignitate partim, partim etiam a novitate commendabiles; prelo enim vix emerserunt et velut madida sunt. Rem autem per sane gratam et Tua, quam veneror, facies persona non indignam, si cuncta in hoc opusculo obvia ad severum rigidumque revocaveris examen ac mecum, quid censeas, communicaveris candide. Svadebit Tibi hoc et persvadebit ea, quæ olim inter nos viguit

amicitia; num adhuc vigeat et in-
corrupta sit, valde dubius sum et in-
certus. Sex enim integros annos duris-
simo silentio abire passus es, ut fere
credam, animo Tuo mei memoriam
jamdudum excidisse penitus. Mea ve-
rò ex parte cueta amicitia, data fides
firma stetit, incorrupta est, et il-
laesa permanebit perpetuo.
Honores doctorales, nescio qua occasio-
ne autem qua Academia recens
collatos, (cum notitiam hanc ex rela-
tionibus, quas Hamburgum mittit,
hauserim tantummodo) Tibi Vir
maxime reverende, sero quidem,
serio tamen et ex animo gratulor.
Quod reliquum est, seriis Deum rogo
precibus, ut Te, cum Tuis omnibus
cuncta beet felicitate, incolumem
sospitemque servet quam diutissime.
Vale. Scribebam in profundis
Cal. jul. MDCCXLV.

1745.
Scriptor erat ecclesiastes in urbe Hercinica Grunde,
qui scripsit de Dedicationibus librorum, von Sünden
nach dem Tode, von Bußsünden — †1749.